

FINIS REGNI (I)

cupidē < cupidus
postulāre = rogāre



Ardea et Collatia

Ardeae *loc* = in oppidō Ardeā
Rōmā *abl* = ex urbe Rōmā
Ardeam *acc* = in oppidum Ardeam
genus -eris *n*
circum + *acc* = circā



cibus -ī *m*

per-venīre
postulāre = vehementer rogāre

Tarquinius Superbus, septimus rēx Rōmae, multa magnaue bella in tōtō Latiō gerēbat. Is enim dīvitiās cupidē querebat, nam in urbe Rōmā nova opera semper erant eaque magnam pecūniam postulābant. Illō tempore Ardea erat urbs 5 Rōmae propinqua atque dīvitiarum plēna. Rutulī Ardeae habitābant. Tarquinius igitur Rōmā Ardeam it et in Rutulōs bellum facit per obsidiōnem: 'obsidiō' est genus bellī; in obsidiōne mīlitēs nōn armīs pugnant, sed vāllum et fossam 10 circum oppidum inimīcum faciunt, itaque neque cibus neque aqua ad oppidum perveniunt et brevī tempore cīvēs potestātem urbis ducī hostium sine pugnā trādunt omnēsque dīvitiās mīlitibus dant. At longa erat obsidiō Ardeae et 15 mīlitēs saepe ōtium agēbant in convīviis.



Ecce Sextus Tarquinius, filius rēgis, cum Collā-
 tīnō aliisque iuvenibus Rōmānīs convīvium ce-
 lebrat. Sermō erat de uxōribus et Collātīnus Lu-
 20 crētiam, uxōrem suam, maximē laudābat: «Illa
 omnēs virtūtēs habet neque minus pulchra est
 quam proba». Sextus Tarquinius autem Collā-
 tīnum ridēbat: «Nūlla fēmina tot virtūtēs habet!».
 Is enim nōn solum uxōrem suam, sed omnēs fē-
 25 minās contemnēbat! Tunc iuvenēs ad certāmen
 veniunt, equōs ascendunt, Ardeā discēdunt et
 primum Rōmam eunt, deinde Collātiam, ubi
 uxōrēs suās subitō invīsunt. Certē Lucretia, uxor
 Collātīnī, ab uxōre Sextī Tarquiniī longē diffe-
 30 rēbat: dum hanc in convīviō inveniunt, illam
 –Lucretiam– in cubiculō vident; haec vīnum bi-
 bēbat, illa autem lānam faciēbat; cum hāc virī
 aliēnī erant, cum illā vērō ancillae. Collātīnus
 igitur, vir Lucretiae, laetus erat; Sextus Tarqui-
 35 nius autem, vir illīus fēminae improbae, plēnus
 invidiae erat!

convīvium -ī *n*sermō -ōnis *m*

tot *indēcl* = tam multī -ae -a
 contemnere ↔ laudāre

invīsere = in domicilium
 amicōrum venīre
 certē *adv* < certus
 in-venīre

hanc : uxor S. Tarquiniī
 illam : uxor T. Collātīnī



vīnum bibere

Rem tenē!

1. Estne uxor Sextī Tarquiniī an uxor Collātīni?

- Vinum bibit: _____
- Vir eius filius rēgis est: _____
- Lānam facit: _____
- Officia domestica nōn neglegit: _____
- Ōtium agit in convīviō: _____
- Multās virtūtēs habet: _____
- Virōs aliēnōs ad convīvium vocat: _____
- Ancillae apud eam sunt: _____
- In cubiculō manet: _____

2. Responde ad interrogāta:

- Cūr rēx Tarquinius cupidus pecūniae est?
- Ubi habitant Rutulī?
- Num militēs in obsidiōne armīs pugnant?
- Sextus Tarquinius convīvium celebrat. Quī sunt in convīviō?
- Quō iuvenēs eunt? Cūr?
- Quae sunt virtūtēs optimae fēminae –secundum Rōmānōs antiquōs?
- Suntne virtūtēs Lārentiae optimae etiam nostrīs temporibus?

3. Estne vērum an falsum? Sī respōnsum falsum est, causam explānā:

- Rutulī Rōmae habitābant.
- Ardeae neque aqua neque cibus erat.
- Rōmānī Rutulōs in obsidiōne Ardeae vincunt.
- In convīviō Collātīnus uxōrem Sextī Tarquiniī laudābat.
- Uxor Collātīnī vinum bibēbat et cum virīs aliēnīs erat.
- In convīviō sermō inter Collātīnum et filium rēgis de bellō erat.

V	F

Vocābula disce!

4. Coniunge vocābula. Postea implē sententiās:

bellum
ōtium
convīvium
lānam
ad certāmen
equum

facit
venit
agunt
ascendit
parat
gerit

- Tarquinius Superbus in populōs vicinōs saepe _____.
- Multi iuvenēs Rōmānī, dum bellum faciunt, _____ in convīviīs.
- Sextus Tarquinius iuvenēs Rōmānōs ad sē vocat et cum iīs _____.
- Collātīnus virtūtēs uxōris Lucretiae memorat atque _____ cum Sextō Tarquiniō.

- e. Nōn solum Sextus Tarquinius, sed etiam Collātīnus _____.
 f. Lucretia, uxor Collātīnī, in cubiculō manet atque cum ancillīs _____.

5. Indicā vocābula quae magis conveniunt:

fossa / opera / arma / otium / vallum / vinum / pugna / sermo

Bellum _____
 Obsidio _____
 Convivium _____

6. Verba idem ac contrarium significantia quaere in lectione:

Verba idem significantia	Verba contrarium significantia
oppidum =	vacua ↔
dant =	discedunt ↔
colloquium =	cum ↔
pugnabat =	iuvenes ↔
postea =	contemnunt ↔

Ecce lingua!

7. Quid magis convenit?

- a. Egeria regī Numae / regem Numam legēs sacrōrum dabat.
 b. Rex Rōmae nullum beneficium civibus / civīs dabat.
 c. Ducēs in bellō nullum otium milites / militibus dant.
 d. Lucretia uxōrum / uxōribus Rōmānōrum vinum nōn dabat.
 e. Hersilia civitatibus / civitatī Latīnīs pacem dat.

Dativus III declinātiōnis

-ī sg
 -ibus pl

8. Prōnōmen aptum ēlige:

- a. Virtūtēs huius / haec feminae sunt multae.
 b. In hōc / hāc urbe sunt nunc multī milites.
 c. Hunc / Hanc feminam laudant, illis / illam contemnunt.
 d. Hae / haec femina magnās virtūtēs, illae / illa nullās habet.
 e. Hi / haec milites bellum faciunt per obsidiōnem.
 f. Uxor huius / hī virī Lucretia est.

9. Compōne sententiās et locum indicā.

Exemplum: Rutulī, Ardea ↓:

- a. Tarquinius, Rōma → Ardea
 b. Iuvenēs, castra ↓
 c. Civēs, oppidum ↓
 d. Collātīnus et Sextus, Ardea → Rōma
 e. Lucretia, Rōma ↓

Rutulī Ardeae sunt

↓ = ubi
 → = quō



FINIS REGNI (II)

nox noctis *f*

invidiōsus -a -um < in-vidēre
mātrōna = fēmina quae maritum
et filiōs habet

ignārus -a -um = quī nōn
cognoscit


cōnsilium aperīre = c. mōnstrāre
im-pellere = incitāre



culter -trī *m*

ferōciter *adv* < fērox
stuprāre = violāre
ab-īre = discēdere

Ab illā nocte Sextus Tarquinius uxōrem suam ve-
hementer contemnēbat atque Lucretiam, uxōrem
Collātīnī, cupidē amābat. Is igitur Ardeā Collā-
tiam venit atque Lucretiam clam invīsīt: Sextus 40
enim, vir scelerātus, invidiōsus Collātīnī et cupi-
dus Lucretiae, cum eā cubāre cupiēbat. At Lucretia,
mātrōna casta atque ignāra eius cōnsiliī, cum
Tarquinium videt, hospitium eī dat –erat enim
amīcus Collātīnī, filius rēgis et iuvenis nōbilis. 45
Statim vērō Sextus Tarquinius cōnsilium suum
aperit atque Lucretiam ad adulterium impellit!
Ea primum Tarquinium recūsāt, contemnit, for-
titer resistit, sed hic cultrum Lucretiae ostendit
eamque ferōciter terret. Deinde vestīmenta per- 50
territae Lucretiae scindit, lectum indignē occupat
atque eam stuprat. Perversus Tarquinius Collātiā
abit et Ardeam venit, atque scelus suum Collā-
tīnō omnibusque nōbilibus Rōmānīs occultat.



40 55 Maesta et perturbāta Lucrētia nūntiōs mittit
 patri et marītō suō Collātīnō. Nūntiū igitur prī-
 mum Rōmam veniunt, deinde Ardeam –Ardeae
 Collātīnus bellum contrā Rutulōs gerēbat, Rō-
 mae autem pater Lucrētiaē habitābat. Iī, cum
 60 malum Lucrētiaē audiunt, statim Collātiam ve-
 niunt. Adest iam pater, adsunt quoque Collā-
 tīnus et Iūnius Brūtus, nōbilis Rōmānus. Collā-
 tīnus ad Lucrētiam venit eamque salūtat: «Satin’
 45 salvē, mea Lucrētia?». Tunc illa inter lacrimās:
 65 «Per deōs immortālēs!», clāmat, «nūllus est iam
 honor uxōrī tuae. Vestīgia virī aliēnī, Collātīne,
 in lectō tuō sunt». Lucrētia malum suum marītō
 et patrī nārrat atque Sextum Tarquiniū, filiū
 50 rēgis, accūsāt.

perturbātus -a -um ↔ tranquillus



nūntius -ī m

ad-est = hīc est
 ad-sunt = hīc sunt
 satin’? = satis-ne?



vestīgium -ī n

Rem tenē!

10. Coniunge sententiās:

- Sextus Tarquinius Collātiā venit atque...
- Lucretia Sextum Tarquinium recusat, nam...
- Tarquinius est vir sceleratus, quia...
- Lucretia maritō suō nūntiōs mittit...
- Etiam pater Lucretiae adest neque...
- Lucretia malum suum nārrat patrī et maritō...

- __ nullās virtūtēs habet.
- __ is enim Ardeae bellum gerēbat.
- __ ea est mātṛōna casta.
- __ Tarquinius autem id omnibus occultat.
- __ is scelus Tarquiniī cognōscit.
- __ Lucretiam ad adulterium impellit.

11. Estne vērum an falsum? Sī respōsum falsum est, causam explānā.

- Lucretia hospitium Sextō negat, nam is est vir sceleratus.
- Sextus Tarquinius ex castris Collātiā venit.
- Collātīnus improbus vir est quia uxōrem suam contemnit.
- Pater et vir Lucretiae per nūntiōs scelus cognōscunt.
- Pater citō Ardeā Collātiā venit.
- Lucretia rēgem Tarquinium accūsāt.

V	F

12. Quod est argūmentum lēctiōnis II?

- «Collātīnus Ardeā Collātiā venit et Lucretiam salūtāt».
- «Rēgis filius, vir sceleratus, Lucretiam ad adulterium impellit».
- «Collātīnus bellum contrā Rutulōs Ardeae gerēbat».

Vocābula disce!

13. Quod vocābulum latet?

- Ad aliēnam domum venīre et salūtāre (*verbum*): _____.
- Silentiō, dum nullus nōs videt neque audit (*adverbium*): _____.
- Hominēs aliōs hominēs hōc instrūmentō necant (*nōmen*): _____.
- Amōrēs extrā mātṛimōnium (*nōmen*): _____.
- Hic est (*verbum*): _____.
- Dum ambulāmus, ea in terrā facimus (*nōmen*): _____.

14. Quid magis congruit?

- a. Sextus Tarquinius **clam** venit =
 citō venit.
 nūllus cīvis eum videt.
- b. Is Lucrētiam ad **adulterium** impellit =
 nōn cum uxōre suā, sed cum aliā fēminā cubāre cupit.
 turbat animōs Lucrētiaē.
- c. Sextus Tarquinius Lucrētiam **stuprat** =
 Lucrētia scelus in Tarquinium facit.
 Tarquinius scelus in Lucrētiam facit.
- d. Nūntiī **malum** nūntiant.
 scelus nūntiant.
 nūntiī malī sunt.
- e. **Vestīgia** virī aliēnī sunt in lectō.
 sunt in lectō vestīmenta virī aliēnī.
 alius vir in lectō cum Lucrētiā iacēbat.

15. Iunge vocābula, deinde sententiās scribe.

adulterium
mittit
aliēnam fēminam
Collātiā
contemnit

nūntiōs
cultrō
virum scelerātum
cupit
abit

- a. Tarquinius _____ et Ardeam petit.
 b. Lucrētia _____ et recūsāt!
 c. Tarquinius, vir scelerātus, _____, nōn suam.
 d. Lucrētia, maesta et perterrita, _____ patrī et marītō suō.
 e. Filius rēgis cultrō impellit Lucrētiam ad adulterium.

Ecce lingua

16. Ēmendā errōrēs: (cōnsiderā formam vocābulōrum!)

- a. Lucrētia nūntiōs mittit patrī et marītī _____
 b. Iam Sextus Ardea est _____
 c. Mīlitēs Rōmānī castrīs veniunt _____
 d. Sextus mīlitēs scelus occultat _____
 e. Collātīnus citō Collātiāe venit _____
 f. Pater Lucrētiaē salūtat _____
 g. Nūntiī stuprum Collātīnum nūntiant _____

17. Verba rēctē coniunge!

- | | | |
|-------------|--------------|-----------|
| a. fēminae | × | cupiēbat |
| fēminam | | cupidus |
| b. fortiter | | resistunt |
| fortis | | mīles |
| c. indignē | | vir |
| indignus | | occupāt |
| d. nūntiōs | | mittit |
| nūntiāre | | malum |
| e. lacrimae | | puella |
| lacrimat | | cadunt |
| f. certāmen | | īstituunt |
| certant | | nōbilēs |

18. Rēsponde ad interrogāta:

- a. Tārcīnīus Lucrētīam, uxōrem aliēnam, cupit. Unde abit Tārcīnīus?
Tārcīnīus Ardeā abit
- b. Lucrētīa Collātīae lānam facit. Quō venit Sextus Tārcīnīus?

- c. Lucrētīa nārrat scelus marītō. Unde venit marītus?

- d. Collātīnus nūntiōs accipit. Unde veniunt nūntiī?

- e. Etīam pater Lucrētīae scelus cognōscit. Quō venit?

Quō? -am acc → ●

Unde? -ā abl ● →






FINIS REGNI (III)

- 70 Pater Lucrētiaē, vehementer perturbātus atque
īrae plēnus, sic clāmat: «Brūte et Collātīne, nō-
bilēs Rōmānī, pūnīte illum scelerātum! Tollite
hanc infāmiā ex meā familiā! Reddite honōrem
huīc fēminae!». Dum is haec postulat atque Brū-
75 tus et Collātīnus id prōmittunt et dextrās inter
sē dant, Lucrētia cultrum clam sūmit – eum sub
vestīmentīs occultābat – atque sē necat.

- Lūgent omnēs, iūrant per nōmen Lucrētiaē at-
que odium aeternum in Tarquiniū prōmit-
80 tunt! Tunc corpus fēminae mortuae in forum
Collātīae ferunt idque cīvibus ostendunt. Simul
Brūtus scelus Sextī Tarquiniī multitudīnī nārrat:
hoc turbat animōs cīvium eōsque ad coniūrātiō-
nem impellit. Deinde Brūtus Collātiā abīit atque
85 Rōmam venit, ubi scelus Sextī Tarquiniī cīvibus
Rōmānīs nārrat eōsque contrā rēgem incitat.

infāmia -ae *f* ↔ honor
reddere = rūsus dare



dextrās dare



sub + *abl* ↔ super + *acc*



lūgēre

multitudō -inis *f* = magnus
numerus hominum



undique = ex omnibus partibus
accurrere < ad-currere

clausus -a -um (< claudere) ↔
apertus (< aperire)

summus -a -um = maximus

Tūsculum *acc* = ad oppidum

Tūsculum

Tūsculī *loc* = in oppidō Tūsculō

Tūsculō *abl* = ab oppidō Tūsculō

viā Latīnā = per viam Latīnam

im-pellere ↔ ex-pellere



Iam omnēs cīvēs undique ad rēgiam accurrunt
atque Tulliam, uxōrem rēgis, cum liberīs suīs
Rōmā expellunt. Tullia citō agit atque nūntium
mittit marītō suō Tarquiniō –is bellum contrā 90
Rutulōs Ardeae gerēbat. Itaque Tarquinius Ardeā
Rōmam venit, sed portās urbis clausās invenit:
Rōmānī rēgem in exsilium mittunt atque sum-
mam potestātem senātōribus reddunt. Tunc Tar-
quinius Rōmā fugit et viā Latīnā Tūsculum venit 95
–Tūsculī enim filia eius habitābat–, sed paulō
post Tūsculō abit ad Porsennam, rēgem Etrūs-
cum inimicum Rōmānōrum, eumque ad bellum
contrā Rōmānōs impellit.

Rem tenē!**19. Quis facit quid?**

- Cum liberis Rōmā fugit: _____
- Animos Brūtī et Collātīnī movet: _____
- Maesta clāmat atque cultrum habet: _____
- Turbat animos cīvium: _____
- Rōmānis est in odiō: _____
- Ardeae pugnābat: _____
- Dextrās inter sē dant et iūrant: _____
- Rōmā Tūsculum fugit: _____
- Post exsilium rēgis omnēs potestātēs habent: _____

20. Quod malum est?

- Malum Lucrētiaie 1. ___ Rēx Porsenna cum Tarquiniō bellum contrā eōs parat.
- Malum Tulliae 2. a Vir aliēnus in lectō eius iacet eamque stuprat.
- Malum Tarquiniū 3. ___ Filia eius cultrum sūmit atque sē necat.
- Malum Rōmānōrum 4. ___ Is ad urbem venit, sed portae clausae sunt.
- Malum patris Lucrētiaie 5. ___ Rōmāni eam cum familiā Rōmā expellunt.

21. Estne vērum an falsum? Sī respōsum falsum est, causam explānā.

- Tarquinius cultrum sūmit et Lucrētiam necat.
- Cīvēs Rōmāni coniūratiōnem parant.
- Tullia et Tarquinius Ardeae habitant cum Rutulis.
- Rēx Tarquinius Rōmam venit atque in urbem intrat.
- Porsenna est Sextī Tarquiniū pater et Rōmānōrum amīcus.

V	F

Vocābula disce!**22. Verbum rēctum ēlige:**

- Fēminae Rōmānae vīros Sabīnōs atque Rōmānōs ad pācem (*impellunt*) / *expellunt*.
- Uxor Tarquiniū aliās fēminās ad convīvium *impellit* / *expellit*.
- Lucrētia Sextum Tarquinium nōn *impellit* / *expellit*: is enim amīcus Collātīni erat.
- Iūnius Brūtus multitudinem ad coniūratiōnem contrā rēgem *impellit* / *expellit*.
- Cīvēs Rōmāni Tarquinium Superbum cum familiā suā Rōmā *impellunt* / *expellunt*.
- Rōmulus et Remus latrōnēs ex campō Albānō *impellēbant* / *expellēbant*.

23. Verba idem significantia scribe:

- Lucrētia nārrat scelus indignum: _____
- Iuvenēs foedus faciunt: _____
- Magnus numerus hominum: _____
- Media pars urbis: locus mediā in urbe
- Omnēs Rōmāni maestī sunt: _____
- Rūsus dare: _____

24. Quid significat?

- a. «Tollite hanc infamiam ex meā familiā»:
- Pater Lucretiae honorem suae familiae postulabat.
 - Pater Lucretiae laetus erat nam divitiās habēbat.
 - Pater Lucretiam contemnit.
- b. «Brūtus contrā superbiam rēgis cīvēs Rōmānōs incitat».
- Brūtus corpus in forum fert.
 - Brūtus coniūratiōnem contrā rēgem parat.
 - Brūtus scelus Sextī Tarquiniī multitudine nārrat animōsque cīvium movet.
- c. «Portae urbis clausae sunt».
- Rōmānī Tarquiniū in urbem nōn accipiunt.
 - Pater Lucretiae corpus ad forum Rōmae portat.
 - Collātīnus per Lucretiam ad portās iurat.
- d. «Brūtus et Collātīnus dextrās inter sē dant».
- Brūtus et Collātīnus irātī sunt atque foedus faciunt contrā Tarquiniōs.
 - Brūtus salūtat Collātīnum atque Lucretiam audit.
 - Collātīnus Brūtō scelus nārrat.

Ecce lingua

25. Verbum rēctum ēlige ('adest' / 'adsunt'):

- a. Nullus servus cum Sextō Tarquiniō _____, nam is Collātiam clam venit.
- b. Nec ancillae cum Lucretiā _____, itaque Sextus Tarquinius eam ad adulterium impellit.
- c. Primum pater Lucretiae _____; deinde Collātīnus et Iūnius Brūtus _____.
- d. Dum pater Lucretiae turbātus clāmat, multī nōbilēs Rōmānī _____.
- e. Tullia nūntium mittit Tarquiniō rēgī, nam is nōn _____.

26. Quid magis congruit?

- a. Rōmānī rēgī...
- in exsilium mittunt.
 - omnem potestātem negant.
- b. Iūnius Brūtus cīvibus Rōmānīs...
- scelus Sextī Tarquiniī nārrat.
 - ad coniūratiōnem incitat.
- c. Collātīnus et Brūtus Lucretiae...
- memorant honōrem.
 - honōrem reddunt.
- d. Brūtus et Collātīnus cīvibus Rōmānīs...
- corpus Lucretiae ostendunt.
 - ad lacrimās movent.
- e. Iūnius Brūtus senātōribus Rōmānīs...
- contrā superbiam rēgis incitat.
 - maximam potestātem trādit.

27. Fābullam nārrā: Ubi sunt? Unde veniunt? Quō eunt?

a. **Ardea:** Ardeā, Ardeae, ArdeamTarquinius Ardeam venit atque Ardeae contrā Rutulōs pugnat.

Sextus Tarquinius _____

Collātīnus _____

Nūntiī _____

b. **Rōma:** Rōmā, Rōmae, Rōmam

Tarquinius _____

Iuvenēs _____

Nūntiī _____

Brūtus _____

Tullia _____

c. **Tūsculum:** Tūsculō, Tūsculī, Tūsculum

Tarquinius _____

Fīlia Tarquinīi _____

Porsenna _____

Iūnius Brūtus _____

d. **Collātia:** Collātiā, Collātiae, Collātiam

Sextus Tarquinius _____

Lucretīa _____

Pater _____

Nūntiī _____

28. Ēmendā errōrēs: (cōnsiderā formam vocābulōrum!)

a. Brūtus scelus nārrat multītūdīne. _____

b. Tarquinius in Ardeā bellum gerēbat. _____

c. "Tollite haec infāmiam ex meā familiā!" _____

d. Brūtus Rōmam venit et conīūrātiō parat. _____

e. Brūtus animi Rōmānōrum contrā superbūm rēgem incitat. _____

Cōgitō ergō... grammaticam discō!

MEMORANDVM I: Cāsus datīvus (Cui? Quibus?)

- Rēx liberīs suīs multa dōna dat: **filiae** vestīmenta pulchra dat; **filio** autem dat equōs et arma; Etiam **uxōrī** suae dōna dat. Sextus Tarquinius dat respōnsum **patri** et ōsculum **mātrī**, **cīvibus** autem nihil dat.

III DECLINATIO

Uxōrī, mātrī, patrī
= **Datīvus singulāris**

(nōn est discrīmen in genere)

Cīvibus, senātōribus, militibus
= **Datīvus plūrālis**

(nōn est discrīmen in genere)

MEMORANDVM II: Ubi? Unde? Quō? Quā?

- In linguā Latīnā sunt praepositīōnēs quae respondent ad rogāta **ubi**, **unde**, **quō**, **quā**.
 - **Ubi?** **in** + ablātīvus. *Exemplum:* in viā
 - **Unde?** **ā/ab**, **ē/ex** + ablātīvus. *Exemplum:* ab oppidō, ex templō
 - **Quō?** **ad**, **in** + accūsātīvus. *Exemplum:* ad rēgiam, in Italiam
 - **Quā?** **per** + accūsātīvus. *Exemplum:* per pontem
- Si in respōnsō sunt **nōmina oppidōrum**, nōn licet respondere per praepositīōnēs, sed hōc modō:
 - **Ubi?** Saguntī, Rōmae (est cāsus **locātīvus**)
 - **Unde?** Saguntō, Rōmā (ablātīvus **sine praepositīōne**)
 - **Quō?** Saguntum, Rōmam (accūsātīvus **sine praepositīōne**)

MEMORANDVM III: Prōnōmina dēmōnstrātīva

• Neutrum plūrāle:

Haec templa Rōmāna sunt. Tūne vidēs **haec** templa? Sacerdōtēs **hōrum** templōrum probī sunt. Hominēs flōrēs afferunt **hīs** templīs. In **hīs** templīs multī flōrēs sunt.

Illa templa Rōmāna sunt. Tūne vidēs **illa** templa? Sacerdōtēs **illōrum** templōrum probī sunt. Hominēs flōrēs afferunt **illis** templīs. In **illis** templīs multī flōrēs sunt.

	Singulāris			Plūrālis			Singulāris			Plūrālis		
	<i>m</i>	<i>f</i>	<i>n</i>	<i>m</i>	<i>f</i>	<i>n</i>	<i>m</i>	<i>f</i>	<i>n</i>	<i>m</i>	<i>f</i>	<i>n</i>
Nōm	hic	haec	hoc	hī	hae	haec	ille	illa	illud	illī	illae	illa
Acc	hunc	hanc	hoc	hōs	hās	haec	illum	illam	illud	illōs	illās	illa
Gen		huius		hōrum	hārum	hōrum		illius		illōrum	illārum	illōrum
Dat		huic		hīs	hīs	hīs		illī		illis	illis	illis
Abl	hōc	hāc	hōc	hīs	hīs	hīs	illō	illā	illō	illis	illis	illis

Vocābula VII

LECTIO I

aliēnus -a -um
 Ardea -ae *f*
 bibere
 celebrāre
 certē
 cibus -ī *m*
 circum
 Collātia -ae *f*
 Collātīnus -ī *m*
 convīvium -ī *n*
 cupidē
 genus -eris *n*
 hic haec hoc
 ille illa illud
illō tempore
 invenīre
 invidia -ae *f*
 invīsere
 lāna -ae *f*
 Lucrētia -ae *f*
 obsidiō -ōnis *f*

pervenīre
 postulāre
 Rutulī -ōrum *m*
 sermō -ōnis *m*
 tot
 vīnum -ī *n*
 vallum -ī *n*

LECTIO II

abīre
 adesse (adest, adsunt)
 adulterium -ī *n*
 castus -a -um
 cubāre
 culter -rī *m*
 ferōciter
 ignārus -a -um
 impellere
 indignē
 invidiōsus -a -um
 māttrōna -ae *f*
 nox noctis *f*

nūntius -ī *m*
 perturbātus -a -um
satin'
 stuprāre
 vestīgium -ī *n*

LECTIO III

aeternus -a -um
 clausus -a -um
 forum -ī *n*
 hic haec hoc
 infāmia -ae *f*
 īra -ae *f*
 iūrāre
 lūgēre
 multitudō -inis *f*
 Porsenna -ae *m*
 reddere
 simul
 sub
 undique
 via -ae *f*


Dē linguīs comparandīs:

► Quaere vocābula hodierna quae ex hīs vocābulīs Latīnīs dērīventur: 'opus', 'cibus', 'nox', 'vestigium'...

Aurea dicta:

Haec 'aurea dicta' lege eaque cōnsiderā: "Ōtium cum dignitāte", "In mediō virtūs", "In vīnō vērītās", "Quālis pater, tālis fīius".

Suntne alia 'aurea dicta' quibus vocābula huius capitulī contineantur? ► Quaere ea.



PORSENNA CONTRA ROMANOS (I)

Rōmānī Tarquiniū tyrannū cum uxōre omnibusque liberīs ab urbe prohibent: īī enim rēgnū recūsant atque libertatem dēfendunt. Tarquinius autem Porsennam, regem inimicum Rōmānōrum, ad bellum incitat: «Libertās –ait Tarquinius– est tam dulcis cīvibus quam fūnesta rēgibus. 5 Age, Porsenna! In hōc bellō nōn solum meum rēgnū, sed etiam tuum dēfendis!». Porsenna contrā Rōmānōs ā Tarquiniō incitātur atque ūnā cum eō bellum parat: rēgēs prīmum ducēs ad sē 10 vocant; deinde ducēs legunt mīlitēs; postrēmō mīlitēs arma capiunt.

Nūntiī ad senātum Rōmānum statim veniunt et senātōribus bellum nūntiant: «Audīte senātōrēs! Magnum bellum ā Porsennā et Tarquiniō parā- 15 tur: ducēs ā rēgibus vocantur, mīlitēs ā ducibus leguntur, arma ā mīlitibus capiuntur!». Tunc terror ingēns omnēs cīvēs atque senātōrēs invādit, ex agrīs in urbem omnēs migrant atque urbem mūrīs et praesidiīs cūstōdiunt: tantum erat nōmen 20 Porsennae!

libertās –ātis *f*

ait = dicit

dulcis –e = grātus

Porsenna ā Tarquiniō incitātur =
Tarquinius Porsennam incitat

ūnā cum = simul cum

senātus –ūs *m*

ducēs ā rēgibus vocantur =

rēgēs ducēs vocant

legere = ēligere

migrāre = aliud domicilium

petere

praesidium –ī *n* = cūstōdēs et

turrēs